

restituendis, tunc ipsi denarii stare debeant in manibus extimatorum contine per¹⁾ unum annum post venditionem predictam in sequestro, et quod in quolibet arengo usque ad dictum terminum fiat una crida publice quod, si qua persona
 229 A haberet // ius in dictis denariis vel contra personam, cuius 5
 fuerit possessio vendita vel super ipsam²⁾ possessionem, comparere debeat ad presentiam dominii, ad utendum iuribus suis infra dictum annum. ¶ Et si aliquis comparuerit habens ius ancianum, quod tunc talis persona comparens habeat dictos denarios iuris ordine servato. ¶ Et transacto anno, si 10
 non comparuerit, incontinenti sine strepitu iudicii dicti denarii dentur³⁾ persone cuius nomine⁴⁾ dicta bona vendita fuerint, fatiando talis persona securitatem tantum pro se solum de restituendo dictos denarios in manibus emptoris secundum formam statutorum Tergesti. 15

Cap. XLVIII. Rubrica de habentibus ius ancianum et conparentibus pro utendo iuribus suis et de protestacione facta super possessionibus venditis ad extimariam. 20

Ordinamus, si aliqua possessio vendita fuerit ad extimariam comunis pro aliquo debito, et debitor cuius fuerit possessio habuerit plura debita, et aliquis comparuerit habens ius ancianum, monstrando legitime cum cartis vel aliis scripturis roboratis, quod primo solvantur anteriora debita legitime appare[n]tia, ut dictum est, videlicet sortem ipsorum debitorum, et solutis debitis sortis tunc cum residuo denariorum solva(n)tur creditoribus ius ancianum habentibus pro expensis dampnis et penis, firmando per suum sacramentum, qui ius ancianum haberet, quod debitum petitum per ipsum non 30
 fraudolente petit nec causa mortificandi ius alienum. ¶ Si vero aliqua persona habere vel recipere debet ab aliqua per-

¹⁾ pro. ²⁾ ipsam - comparuerit aggiunta marginale. ³⁾ Aggiunta marginale. ⁴⁾ non. Stat. 1365: nomine.